



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1866**

De S. Enima Virgine, Forte Regia Et Abbatissa, In Dioecesi Mimatensi In  
Occitania. Commentarius Historico-Criticus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

## DE S. ENIMIA VIRGINE,

FORTE REGIA ET ABBATISSA,

IN DIOECESI MIMATENSI IN OCCITANIA.

C. S.

## COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS.

§ I. Sacra illius apud recentiores martyrologos memoria: cultus certus ad hunc diem: locus, in quo ejusdem reliquiae servantur: compendium Vitae ex Mabillonio et lectionibus propriis; variae de illius parentibus opiniones.

B  
FORTES. EC. VI,  
VII, VEL VIII.  
Hanc Sanctam, in recentioribus Martyrologiis celebratam,

**C**astellanus in Martyrologio suo *Universali ad hunc diem 6 Octobris inter Gallia Sanctos hanc Virginem, cultu, quam gestis ceterisque ad eam spectantibus notiozem, paucis his verbis, sed Gallicis, prudenter recensuit: In Mimatensi Gabalorum dioecesi S. Enimia (Gallice Enimie) virgo, cujus reliquiae in sui nominis ecclesia priorali ad fluvium Tarnem conservantur. In margine addit, eandem a Samson Gallice vocari sainte Eremie; in Additionibus vero ac Correctionibus ad hunc diem observat, eandem in pago Rutenensi, ac pene in universa Alvernia sainte Eremie, aut Ermie pronuntiar; Monte-Pessulano Enimie, Mimate Enemie. Castellanus secutus est auctor Martyrologii Parisiensis, anno 1727 vulgati, in quo paucis pariter legitur: Apud Gabalitanos, sanctae Enimiae virginis. De nomine consentiunt et alii, infra laudandi, praeterquam quod apud aliquos Enymia pro Enimia scribatur.*

alii Emmiam vocant; Ferrarius geminavit, unam Parisiis,

**C** 2 At Molanus in suo Martyrologio Usuardino eandem Latine Emmiam dicit, regiumque ipsius Merovingicum genus adscripsit: In Galliis, inquit, sanctae Emmiae virginis, filiae Clodovei regis, eximiae castitatis Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non sunt, ex ea nominum diversitate, ac forte ex gemino, qui ipsi adscribitur, patre ex una duas fecit, quarum unam Parisiis, alteram in territorio Gabalitano hoc eodem die annuntiavit. Nam primo sic ait: Parisiis sanctae Emmiae virginis, Clodovei regis filiae. Tum, unde haec acceperit, notavit his verbis: Ex Molano in Additionibus; licet in aliquibus codicibus desit. De ea in Natalibus Sanctorum Belgii. Molanus (ut vidimus) S. Emmiam in Galliis quidem annuntiavit, non tamen Parisiis. Eiusdem geminam Natalium Sanctorum Belgii editionem praemanibus habeo, alteram Lovaniensem anni 1595, Duacenam alteram anni 1616; in neutra S. Emmiae mentionem reperi. Redeo ad Ferrarium.

alteram apud Gabalos annuntians;

**C** 3 In ejusdem diei laterculo denuo inquit: In territorio Gavalitano, sanctae Enymiae virginis; hancque acceptam observat ex Martyrologio Usuardi (auctum intellige) et ex monumentis caenobii ab ea exstructi, et ex ea nominati, in qui-

bus apparet, eam fuisse Dagoberti regis sororem, filiam Clotharii, non Clodovei, ut apud Usuardum (auctum) legitur. Extat oppidum in territorio Mimatensi cum caenobio virginum, ex ejus nomine dictum. Nescio, quodnam hic Usuardi Martyrologium laudet; nam nec in genuino illius, nec in ullo ex ejusdem auctariis, cum Mss., tum editis, quae Sollerius noster in sua Usuardini Martyrologii editione recensuit, Enymia vel Enimia legitur. Cetera postmodum examinabimus: interea hic observasse suffecerit, S. Emmiam, quam Molanus habet, diversam non esse a S. Enimia, de qua nunc agimus, quamque Ferrarius ob dictas rationes in duas perperam distraxit.

4 Andreas Saussayus eandem Sanctam Enymiam appellans, hoc ipso die geminum illius elogium dedit. Primum in ipso Martyrologio Gallicano ita se habet: In territorio Mimatensi, Sanctae Enymiae virginis, monasterii virginum sui nominis, ubi quiescit, fundatrice; quae Clotharii Magni filia, sororque Dagoberti regis, mundum et pompas ejus aspernata, spinosum Christi diadema coronae gemmatae praeposuit, carnemque crucifigens mori sibi, ut Christo viveret, voluit. Quibus piis studiis intenta ad caeleste regnum transivit, quod terreni principatus contemptu emeruerat. Alterum, quod dixi, elogium in ejusdem Martyrologii Supplemento, ad hunc diem, contextum hoc modo est.

Saussayus eandem Enymiam appellans, gemino

5 In agro Gabalitano gloriosa migratio sanctae Enymiae, virginis regiae, quae dum ad terrenas nuptias urgeretur, impetrata a Domino lepra ob virginitatis custodiam, ab angelo monita Burleum fontem adiit, ubi sanata est. At, cum iterum impeteretur virginalis ejus constantia, usque tertio simili tabe percussa, annuente Dagoberto, fratre rege, duplici monasterio ad montes Tarni fluvio imminentes, quo per fugerat, aedificato, a B. Isero episcopo virginum abbatissa solemnni ritu consecrata est; ac virtutibus pollens, angelorum, quibus semper est amica virginitas, frequenti honorata obsequio, morte in conspectu Domini pretiosa caelestis regni gaudia comparavit. Haec Saussayus, quae in sacrum Gynaecium transtulit Arturus a Monasterio, quaeque quanti valeant, inferius examina-

ad hunc eundem diem elogio exornat.

6 Utut

Colitur hæc  
hoc die in  
diocesis  
Mimatensi  
et Albiensi.

**A** 6 *Ut ista sint, hæc sancta Virgo Officio annuo ritus duplicis in ecclesia Mimatensi die 6 Octobris colitur, quod præ manibus habeo inter ejusdem cathedralis ecclesiæ Propria, auctoritate reverendissimi Caroli de Rousseau, Mimatensis episcopi, anno 1619 Lugduni typis excusa. Sumitur illud ex Communi Virginum, non martyrum, cum oratione Exaudi nos, Deus, Lectionibus secundi Nocturni propriis; tertii vero ex Homilia in Evangelium: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro etc., ex Communi nec virginum nec martyrum. Simili Officio eam in diocesi quoque Albiensi coli, colligo ex Mabillonio tom. I Annaliu Benedictinorum ad annum Christi 636, num. 44, ubi dicitur annuo cultu in pago Gabalitano, seu Mimatensi, et Albiensi honorata pridie Nonas Octobris.*

atque in prioratu sui nominis, ubi ejus corpus quiescit.

**B** 7 *Peculiarem haud dubie venerationem habet in oppidulo diocesis Mimatensis ad fontem Burlam ac prope Tarnem fluvium Sainte Enimie ab illa dicto, ubi ejusdem corpus servatur in ecclesia priorali, quæ olim fundatum ab illa virginum monasterium fuisse creditur, sed sub medium sæculum x jam fere destructum, Dalmatio, Calmeliacensis monasterii Benedictini Ordinis abbat, traditum fuit, ab eoque restauratum atque in virorum prioratum conversum; quo prioratus titulo ex eo tempore eidem Calmeliacensi abbatiæ subiectum hæcenus permanet, ut suo loco videbimus. Interea hinc corrige Ferrarium supra num. 5 prioratum illum cœnobium virginum, quale forte ante medium sæculum decimum fuit, suo tempore vocitatem. Jacuisse vero jam dicto sæculo x in ejus ecclesia corpus S. Enimie, extra dubium est ex Stephani, Mimatensis episcopi, charta inferius recitanda, per quam is locus Calmeliacensi abbatiæ donatus fuit; ut proinde antiquus æque atque hodiernus hujus sanctæ Virginis cultus in controversiam nequeat notari. Utinam de ejusdem gestis tantumdem dici posset!*

Vita illius displicuit Mabillonio, placuit Contio:

**C** 8 *Arturus à Monasterio in Gynæceo sacro ad hunc diem, S. Enimie, quam Emmiam appellat, Vitam existare scribit in Bibliotheca regia Parisiis. Nec hæc, nec ulla alia ad manus nostras peruenit; at ut eam minus desideremus, facit Mabillonius, qui eandem verisimillime viderat, dum in Prætermissis ad Acta Sanctorum Sæculi II Benedictini pag. lxx sic pronuntiavit: Enimia virgo in pago Mimatensi, cujus Vitas tres legimus, mendis et erroribus refertas, colitur die vi Octobris. Aliter de eadem similive Vita sensisse videtur Contius, dum ad annum 628, num. 11, postquam datum supra S. Enimie ex Saussayo elogium retulerat, de S. Ilero, Mimatensi episcopo, qui in illo memoratur, sic statuit: De tempore, quo sedit, nulla debet esse controversia: Soror enim Dagoberti regis (S. Enimia) ab eo abbatisa solemniter consecrata est.*

ex quorum priori exhibitur Compendium Vitæ

**9** *Mabillonius solius primæ e tribus illis, quas legerat, Vitæ compendium (fortasse quod reliquas mendosiores pluribusque erroribus conspersas esse judicaret) ibidem exhibuit, suasque observationes eidem inseruit, verba Vitæ alio caractere distinguens, quæ ego hic virgulis includam. Sic ergo habet: In prima Vita hæc leguntur: « Enimia in » provincia illa Germaniæ, quæ Francia nunc » occupatur, oriunda existit, scilicet progenita » de patre rege, nomine Chlodoveo, filio Dago- » berti, cujus atavus, eodem nomine Chlo- » veus, inter Francorum reges primus suscepit » fidem. » Tum quid in his displiceat, laudatus Mabillonius sic indicat: At Chlodeveus tres*

dumtaxat masculos, nullam feminam procreavit. Max prosequitur e Vita: Enimia conjugii copulam fugiens « lepra » divinitus percussa fuisse dicitur, et « in partes Gabalitanas » monitu divino secessisse, et ad fontem « Burlam » prope alveum Tarni fluvii lepram deposuisse, ubi puellare cœnobium extruxerit, et basilicam « in honore sanctæ Dei Genitricis, ab Ilero, seu Ilero, Gabalitanæ ecclesiæ præsule » consecratam.

ACTORE  
C. S.

**10** « Quo auditio, miserit rex Chlodoveus pro- » genitor ejus, ac Dagobertus germanus ipsius, » curiales ac præfectorios legatos, qui mona- » sterium Virginis de propriis redditibus cura- » rent. » Denique, Enimiam post mortem ibidem fuisse sepultam, una cum cognomine ac filiola sua, eodem die defuncta, cujus corpus « Dagobertus, Enimie germanus » (scilicet Dagobertus II, Sigiberti Austriae regis filius) nominis errore deceptus, in Franciam pro Germanæ corpore detulerit. Hæcenus Mabillonius, suam deinde longe aliam de eadem sancta Virgine suspicionem subdens, inferius referendam. Displicuit ergo Mabillonio, quod Enimia dicitur filia Chlodovei II, qui dumtaxat tres masculos, nullam feminam procreasse legitur. Addere poterat, nec inter hos tres masculos ullum fuisse Dagobertum, qui ejusdem Enimie germanus esse potuerit. Neque is potuit fuisse Sigiberti III, Austriae regis, filius Dagoberti II; hic enim, non germanus frater, sed patruelis Enimie fuisset, si hæc ex patre Chlodoveo II nata esset.

primæ ex  
tribus, quas  
legerat.

**11** *A Mabilloniana Vita partim dissimilem præ oculis habuit, qui, quas supra dixi, S. Enimie Lectiones proprias pro ecclesia Mimatensi concinnavit: in hisce enim illa, non Chlodovei II, sed Clotarii II filia fuisse dicitur, Dagobertus ejusdem Sanctæ solum frater vocatur, non germanus. Juerit etiam has Lectiones, dum alia non habemus, hic recitasse. Lectio iv. Beata virgo Enymia, illustris liliata stirpe Christianissimorum Franciæ regum, quippe filia Clotarii Junioris; sed illustrior virtutum divinarum, et illibatae virginitalis dote, sanctissima Christi sponsa, dum ad terrestres sponsi nuptias urgetur a parentibus, raro divini amoris exemplo petit et exorat a suo cælesti Sponso, ut formæ et sanitatis dispendio virginitali Christo integram servare possit. Lepra corpus regis Virginis deformatur, et, dum horrore vultus amores sponsi mortalis extinguit Enymia, Christi, immortalis Sponsi, amorem decore mentis accendit. Sed, virginitate jam in tuto posita, precanti cælo adlabitur angelus, monet, ut apud Gabalos fontem Burlæum adeat, corpusculum lymphis abluat, et lepram eluat. Lætus rex pater Filiam regio mittit apparatu, fons cælo designatus invenitur, ejus lymphis Virgo corpus abluat, et Jordane Burlæo in nomine Jesu a lepra sanatur Enymia.*

Datur et aliud  
ex ejusdem  
Officii proprii

F

**12** *Lectio v. Ad parentes reditura Parisios, jam Virgo regia montes arduos Tarni fluminis superaverat, ecce secundo corpus Virginis lepra inquinatur aspergine; redit ad fontem; invocatus in vota exaudit Christus, et ejus in aquis lepram mergit, detergitque. Jamque sana Virgo, gratis divino Numini repensis, revertebatur, cum tertio lepra vultum inficit. Frustra (inquit Enymia) tibi, cælestis Sponse, oblectamur, audio placidos vocantis susurros. Sic plena divini æstus tertio ad Burlæum fontem reversa, aspergine lympharum curatur a lepra. Francorum reges,*

Lectionibus  
secundi No-  
cturni

AUCTORE  
C. S.  
\* l. tota

quæ hic quo-  
que recitan-  
tur.

In hisce illa,  
non Clodovei  
II, sed Clota-  
rii II filia  
dicitur, quod  
placuit Cointi-  
o;

ab aliis Clo-  
dovei I filia  
credita est:  
Valesii de his-  
ce iudicium.

Exponitur  
Mabilonii  
de ejusdem  
parentibus  
suspicio,

reges, Clotharius pater, et frater Virginis Dagoberti, divinæ voluntatis moniti, ad Enymiam magnas opes remittunt; emittit rotâ in orbem late regio, et Deo per Virginem mancipatur monasterium virginum. Duo templa, alterum Deiparæ, sancto Petro alterum, Enymiam abbatissam, et virgines discipulas evocatus Mimatensis præsul beatus Hierus consecrat ritu solemnî.

15 Lectio VI. Amans Christi virgo Enymia subinde studio solitudinis in proximam se recipit speluncam, et in rerum cœlestium speculatione animum colligit. Ibi jejuniis, fletu, precibus amabilem Sponsam, Dominum Jesum, sibi et paterno Franciæ conciliat regno: ibi durum pro cubili saxum habet; ibi Virgo insons sotentibus rarum penitentiae describit exemplum; ibi Sponsus cœlestis Sponsæ loquitur ad cor; ibi angelorum frequenti fruittur alloquio; ibi beata Enymia decantatam a rege propheta Dei Sponsam effingit: Astitit regina a dextris Christi in vestitu deaurato charitatis, virtutum omnium circumdata varietate. Et fere una e primis de liliata Christianissimorum regum familia posteris domus regni virginibus, magnò cœtu securis, studium accendit virginitalis; ut Enymia merito Davidicum carmen tribui debeat: Adducuntur Regi regni virginis post eam, et proximæ ejus afferentur tibi.

14 Abest igitur a Mimatensis Officii Lectione præcipuus, qui Mabilonio in Vita displicuit, error, quo S. Enimia Clodovei II filia, hujusque germanus frater Dagobertus dicebantur. Clotarium etiam legit Saussayus in Martyrologio suo Gallicano verbis supra datis, et huic consensit Cointius in Annalibus Francorum ad annum 628, num. 10 et sequenti, ubi Dagobertum, hujus nominis I, atque Enymiam ex eodem patre Clotario II, sed hanc ex Bertetrude, secunda ejusdem Clotarii uxore, illum ex prima, Haldetrude nomine, natos asserit; quod Mimatensis Lectio non vetat, cum in hac Dagobertus (hujus nominis I) non germanus, sed solum frater S. Enimiae appelletur. Ex horum ergo opinione floruerit S. Enimia ante medium sæculum VII, cujus anno 28 Clotarius II obiit. Ejusdem sententiæ fortasse fuit auctor Martyrologii Parisiensis superius laudati, qui, licet de regni hujus sanctæ Virginis natalibus non meminert, emortuale tamen ejusdem tempus Post (annum) 628 in margine adscripsit.

13 Sunt etiam, qui velint, S. Enymiam Clodovei I filiam fuisse, teste Hadriano Valesio Rerum Francicarum lib. xx, ad annum 634, ubi triplicem de ejusdem Sanctæ genitore opinionem sic memorat: Quidam B. Emmiam Chlodoveo, Dagoberti regis filio, natam dicunt, quæ virginitalatem Deo devoverit, et Gabalis puellare monasterium extruxerit, ibique grandis natu decesserit ac sepulta sit, atque in pago Gabalitano Albiensi-que pridie Nonas Octob. quotannis colatur; quam alii Chlotarii Junioris, alii Chlodovei Magni, ejus proavi, liberis adnumerant. Posteriorum opinionem ibidem jam rejecerat lib. VII, ubi de Clodovei I liberis agens, Theudechildis, inquit, vel Theuchildis, non magis mihi Chlodovei filia videtur fuisse, quam Emmia, aut Emma, pridie Nonas Octobres Martyrologio Usuardi (aucto ab aliis) inserta, et sancta Emma, virgo eximie sanctitatis, filia Chlodovei regis dicta.

16 Longe ab his omnibus diversa suspicatus est Mabilonius, verbis num. 10 recitatis subdens hæc: Forte an S. Enimia filia fuerit S. Bertæ, quæ filia dicitur Ursanæ, sororis S. Bathildis,

quæ Bathildis Chlodoveo, Dagoberti filio, nupsit? Per S. Bertam hic designat sanctam hujus nominis viduam et abbatissam Blangiacensem in Artesia, cujus Vitam ab anonymo scriptam idem Mabilonius Sæculi in Benedictini parte I a pag. 451 prætermittendam censuit, eo quod dubias res non paucas, (inquit ille) ineptas quasdam, fabulosas nonnullas admisceat illius auctor; Sollerius vero noster ad diem 4 Julii, quamquam haud multo favorabilis de illa sentiret, nihilominus ob rationes, ibidem allegatas, vulgavit. Porro in hujus Vitæ cap. 4 dicitur Ursana fuisse neptis S. Bathildis reginæ, et ex illustri viro suo Rigoberto genuisse S. Bertam, hæcque Sigefrido nuptui tradita quinque filias protulisse, quarum una Emma vocabatur.

17 Deinde cap. 9 eadem Emma narratur Wacraclino, Anglo-Saxonum regi, in matrimonium data fuisse, sed indignis ab eo modis habita, dum ad matrem revehitur, in mari mortua esse. Tota itaque Mabilonii suspicio unica tam subleste Vitæ vocula Emma, unde Enimia fieri potuerit, imittitur, refragantibus ceteris omnibus quæ tam in hujus sanctæ Virginis, quam in laudatæ S. Bertæ, Vitis referuntur. Quapropter ista eruditi viri suspicio nullo modo mihi verisimilis apparet. Fortasse tamen eadem non displicuerit Castellano, cum hic in Martyrologio suo Universali ad annuntiationem S. Enimiae hodiernæ sæculum VIII in margine adscripserit, circa cujus sæculi annum 25 S. Bertam obisse, statui Sollerius noster loco mox citato. Ad aliorum igitur opiniones redeamus.

## § II. Supra relatæ opiniones expenduntur: quis sit S. Hierus in Sanctæ gestis memoratus: quæ de eadem sancta Virgine pro certis haberi queant.

Ex tam vario scriptorum relato sensu facile colliget lector, nullum exstare antiquum monumentum, ex quo erui possit, quo S. Enimia patre nata sit; quamquam illi omnes (si Mabilonium aliter suspicantem exceperis) eam ex regia Merovingorum stirpe progenitam velint. Qui Clodoveum I ei patrem assignant, nulla prorsus ratione succiuntur; qui Clodoveum II, ac simul Dagobertum germanum fratrem tribuunt, sequuntur ejusdem Sanctæ Vitam, quam mendis et erroribus referentam vocat Mabilonius; nec alium poterunt Clodovei II filium Dagobertum assignare, qui S. Enimiae fuerit frater germanus. Quam ob rem, si regni e Merovingis natales Enimiae omnino adjudicandi sint, præferenda est sententia eorum, qui cum Mimatensis Officii Lectione ejusdem patrem dicunt Clotarium II, fratrem vero Dagobertum; hunc enim, ejus nominis primum, Clotarii II filium fuisse, extra omnem controversiam est; nec falsi convinci potest, qui Enymiam ex eodem Clotario natam esse, crediderit.

19 Quam tamen antiquum ejusdem Lectionis Mimatensis primæ scriptori monumentum prælu-  
xerit,

quæ minima  
fundata ap-  
paret.

E

F

Forto Sanctæ  
pater fuit  
Clotarius II,

quod tamen nescimus, quam antiquo asseratur testimonio.

**A** xerit, quis dicat. Equidem vetustiore S. Enimie memoriam non reperi, quam medio sæculo x in charta donationis Stephani, Mimatensis episcopi, ex Mabillonio inferius recudenda; ex qua tamen nihil aliud novimus, quam eo tempore fuisse in Mimatensi diocesi locum quemdam, antiquitas Burlatis dictum, fundatum in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ, in eoque tunc requievisse corpus beatæ virginis Enimie, quem tunc temporis per incuriam et sæcularem cupiditatem male direptum, adeo ut, inopia exigente, religionis status inibi penitus annullatus videretur, curante laudato Mimatensi episcopo, Dalmatius, S. Theofredi abbas, restituendum, ac Prioratus titulo Calmelicænsi monasterio annectendum admisit. Verum hinc nihil de hujus Enimie stirpe, ætate, qua floruit, gestis vitæque genere, ceterisque huc spectantibus, præter cultam ab illa virginitatem, et ejusdem sacri corporis, eodem in loco servati, antiquam venerationem, novimus.

Nihil etiam huc conferre possunt Acta S. Ileri,

**20** Nihil etiam plus, imo minus scitur de S. Ilero, Hilero, Islero atque Isero nonnumquam etiam appellato, qui duplicem ab Enimia conditi monasterii ecclesiam dedicasse, atque ipsam sanctam Virginem abbatissam instituisse, in Vitis narratur. Ilerus hic suum etiam inter Mimatensis ecclesie Propria Officium ritus duplicis habet ad diem 1 Decembris, in cuius Lectione v pauca hæc de illa legere est: Hujus (S. Ileri) precibus, virgine comitante Enymia, arido per septennium Margavillæo fonti uberes aquas Deus restituit. Hæc ibi de S. Enimia, nec plura; quæ unde fortassis accepta esse videantur, mox dicam. Ilerus ipse ex solo cultu suo, Vitisque S. Enimie notus est, neque alia de causa a Dionysio Samaritano in Catalogo Mimatensium præsulum, Agricolam inter atque S. Fredaldum vel Froaldum relatus est, quam quod S. Enimiam tunc temporis floruisse, pro comperto haberet. Juerit Dionysii verba ex tom. I Gallie Christianæ col. 87 et sequenti recensuisse.

ex solis Vitis S. Enimie noti.

**21** Sic aut ille: Locum habet pius hic præsul in Proprio Sanctorum, quos peculiari cultu veneratur Mimatensis ecclesia; duoque dies festi ejus memoriæ assignantur in Calendario, pridie Nonas Octobris et Calendis Decembris; quorum unus est Depositionis, alter Translationis. Notus est hic ex Actis S. Enymie virginis, sororis (ut aiunt) Dagoberti regis, et Clotharii II filie, quæ in pago Gabalitano, adjuvante fratre Dagoberto rege, condidit duplex monasterium, et consecrata est abbatissa a B Isero episcopo. Itaque sedebat hic præsul anno dcccxviii, quo Dagobertus regnare cœpit in tota Gallia, proindeque in Aquitania, aut annis subsequentibus; unde non antecessit Agricolam, quem anno dcccxy præfuisse, ostendimus; nempe contra Sammarthanos fratres, qui in sua Gallia Christiana aliter senserant. Dionysio hic præterrat Coitius, qui Ileri sedis tempus ex eodem S. Enimie Vita extra controversiam positum pronuntiavit. Verba illius dedimus supra num. 8. Non aliunde quoque Ilerum sibi notum fuisse, novissimæ Historiæ Occitanie scriptores Benedictini lib. vii, num 6, ubi de eodem ex S. Enimie gestis mentionem faciunt, testantur his verbis, sed Gallicis: Quod ad S. Ilerum atinet, solum novimus, ipsum ab istius regionis incolis pro Sancto honorari.

**22** Non geminum, sed unicum ejusdem festum diem, ad Calendas Decembris scilicet, in sæpe

dictis Mimatensis ecclesie Officiis propriis reperio; nullum vero in Martyrologiis Castellani ac Parisiensis; forte quod tam hujus, quam istius auctoribus Iler vel Iler iste non apparuerit diversus a S. Hilario vel Hilaro, ejusdem sedis episcopo, quem idem Castellanus primo ad diem 23 Septembris, ac denuo cum Romano Martyrologio ad 25 Octobris recenset. Posteriori item die Hilarium habet Martyrologium Parisiense, prætermissis ubique Ilero. Rectene, an secus, latius discuti poterit ad præcitatas Calendas Decembris; non possum tamen ea de re hic penitus silere, ratione temporis, quo S. Enimia, Ilero, ut volunt, synchrona, floruisse credenda sit. Nam si Ilerus vel Ilerus, ex Actis S. Enimie notus, diversus non sit a S. Hilario vel Hilaro, in Romano atisque Martyrologiis ad diem 23 Octobris celebrato, atque in ecclesia Mimatensi eodem die culto, referenda erit ea sancta Virgo ad sæculum vi, aut pro fabulis habenda, quæ de illo in hujus Vita leguntur.

**23** S. Hilarium sæculo vi Gabalorum episcopum fuisse, constat ex concilio Arvernensi, anno 553 celebrato, cui inter ceteros episcopos, apud Labbeum tom. IV Conciliorum, col. 1805 subscriptus legitur Hilarius in Christi nomine episcopus ecclesie Gabalitanæ. Ad eundem etiam scripta creditur salutatō metrica Venantii Fortunati lib. iii, num. 21, hujus Operum editionis per Christophorum Browerum. Colitur hic, ut dixi, in ecclesia Mimatensi die 25 Octobris, sed solum Officio ex Communi Confessoris Pontificis; cum Ilerus (ut pariter dictum est) tres secundi Nocturni Lectiones proprias habeat die 1 Decembris. Attamen S. Hilarii vel Hilari, Gabalitanæ episcopi, Vitam habemus ex Ms. Rubecæ Vallis, collatam cum Serenissimæ Regine Suevicæ codice 369, ex quo etiam exordium, quod in Ms. Rubecæ Vallis deerat, accepimus. Qui hanc legerit, ipsam se putabit, mutato nomine, Vitam legisse S. Ileri, qualis hæc paulo brevius exposita est in tribus hujus Officii lectionibus propriis secundi Nocturni ad diem 1 Decembris, nec ulla ratione dubitare poterit, quin aut hæc ea illa contractæ fuerint, aut ex hisce illa amplificata: tanta est inter eas conformitas.

ACTORE C. S. Mimatæ culti, sed in Castellani ac Parisiensis Martyrologiis prætermis-

forte quod hic non diversus visus fuerit a S. Hilario. E

**24** Non legitur quidem in ista S. Hilarii Vita nomen Enimie; sed tamen factum ipsum, quod in Officio S. Ileri refertur, in ea etiam narratur. Juerit utriusque verba retulisse. Ileri lectio v sic habet: Hujus (Ileri) precibus, virgine comitante Enymia, arido per septennium Margavillæo fonti uberes aquas Deus restituit; Vita vero S. Hilarii sic: In villa (pro deleta sequenti voce substituta in margine est ex Ms. Regine Suevicæ vox Martravillæ) virginis proflua manans unda repente fons aruit per septem annos, omni proripsum humore sublato. Quo in loco, socia Virgine, pater (Hilarus) advenit, et preces Domino exoratus effudit: recepto mox cursu unda rediit, atque usibus hominum ubere largitate servivit. Idem, ut vides, utrobique factum est; atque aliqua etiam affinitas est inter voces Margavillæo et Martravillæ, quæ utro loco rectius expressa sit, non dispicio: id interim indubitatum est, nihil prorsus in S. Ileri Officio Mimatensi legi; quod in ea S. Hilarii Vita non legatur. Restat igitur, ut videamus, hincne, an illi, eadem Vita affecta potius credenda sit.

in cuius Vita eadem legitur, que in Officio S. Ileri. F

\* I. proflue manantis undæ

**25** Hunc in finem juerit etiam alterum textum contulisse. In Vita S. Hilarii hæc legere est: Cum

AUCTORE  
C. S.  
Ex asserto  
S. Hilarii in  
hujus Vita ad  
Theodobertum  
regem acces-  
su.

Cum beatissimus (S. Hilarus) ad Theodobertum Francorum regem pro remedii commissæ sibi provinciæ festinaret, et in locum, cui Animi sensus (in margine ex Ms. Reginæ Sueciæ legitur \* Arisencus) nomen est, advenisset, intempesta nocte Leo tribunus, dum prope ejus tentorium cum puero cubitaret, globum immensæ lucis a thoro ejus consurgere, aera dissecare, et ad caelos porrigi, stupenti admiratione conspexit; viros etiam quosdam cum patre (S. Hilario) loquentes audivit. Post aliquantulam moram B. Hilarus Leonem monet, uti visa reticeat, prosperitatem futuri itineris, secundique reditus celeritatem denuntiat. Interea ad regem pervenit, summa cum veneratione susceptus est, sperata præstantur, ad patriam voti compos regreditur. *Modo textum ex Mimatensi Officio Ileri audiamus.*

qui S. Ilero in  
hujus Officio  
pariter asse-  
ritur,

26 Ad Theodobertum Francorum regem pro quibusdam negotiis commissæ sibi provinciæ festinante (S. Ilero) Arcensi intempesta nocte Leo tribunus globum immensæ lucis thoro ejus consurgere, et ad caelos ascendere, stupenti admiratione conspexit: quosdam quoque viros cum eodem patre sanctissimo colloquentes audivit. Quod beatus pontifex prophético spiritu prenoscens, tribunum admonet, ut visa reticeat, sibique futuri prosperitatem itineris denunciat. Brevi pervenit ad regem, summa veneratione suscipitur, et voti compos in patriam revertitur. *Theodobertus, in Vita S. Hilari nominatus, is ipse est hujus nominis primus Austrasiæ rex, quo consentiente, celebratum est anno 553 Arvernense concilium, cui eundem S. Hilarium subscripsisse, superius observavi. Quam ob rem iste S. Hilari ad Theodobertum regem accessus et chronologiæ et historiæ congruit.*

identur S.  
Hilarii gesta  
officia S. Ilero

27 Haud ita facile id dici potest de Hilari accessu ad Theodobertum, qui non alius fuisse potuit, quam Theodobertus II, anno 612 mortuus. Cointius ac Dionysius Sammarthanus Hilero in serie episcoporum Mimatensium proxime præponunt Agricolam, quia hunc synodo Remensi (anno 623 habitæ) interfuisse, tradit Flodoardus lib. II Historiæ Remensis cap. 3. Ex horum igitur opinione nondum fuerit episcopus Hilerus, regnante Theoberto II, ac propterea prædictus Hilari ad hunc accessum cum sana pugnat chronologia. Ut vero Agricolæ præponas Hilerum, nulla favet ratio, nisi hujus ad Theodobertum regem in Officio Mimatensi assertus accessus, de quo agimus. Cum igitur ex subscriptionibus concilii Arvernensis, regnante Theoberto I Austrasiæ rege celebrati, constet, Hilarium Gabalitanæ ecclesiæ anno 553 præfuisse; Hilerus autem ex solis hujus sanctæque Enimiæ dubiæ fidei Officiis notus sit, verisimillimum videri debet, S. Hilari ad Theodobertum regem accessum, qui tempori congruit, ex hujus Vita in Mimatense S. Hilari Officio, in quo ille iisdem pene semper verbis narratur, translatus potius esse, quam ex hoc in illam.

de quo proinde  
dubitari  
potest, an  
existit  
unquam.

28 Idem prorsus de reliquis Hilari gestis, in eodem illo Mimatensi Officio relatis, censendum est, cum hæc, non minus, quam iste, in S. Hilari Vita pari modo legantur. Ex hisce omnibus mea mihi firmatur suspicio, S. Hilarium vel Hilarium, a Castellano auctoreque Martyrologii Parisiensis recenseri, penitus prætermissis Hilero, quod hunc, velut ex solis S. Enimiæ sublestæ fidei Vitis notum, mutato nomine, reproductum

Hilarium reputaverint. *Eo autem facilius Hilerus ab Hilario vel Hilario nasci potuit, quod hic Gallice saint Hilaire dicitur, unde Hilaire ac Latine Hiler, Hilerus ac Iler formari potuit, hæcque ex S. Enimiæ gestis, quæ ipsam vel Clodovei II, vel Clotarii II filiam faciunt, diversus videri a S. Hilario, qui concilio Arvernensi anni 553 subscripsit. Poterunt hæc (ut dixi) penitus discedi ad diem 23 Octobris: mihi interim non parum probabile apparet, S. Ilerum, de quo in Actis S. Enimiæ, seniore istum S. Hilarium esse, ac propterea, si admittenda sint, quæ de istius sanctæ Virginis cum Ilero in utriusque Officiis gestis leguntur, referendam esse ad sæculum VI, nec eandem posse Clodovei II, aut Clotarii II filiam, Dagobertiæ sororem reputari.*

29 Ex tam incertis Vitæ S. Enimiæ Actis, quid mirum, si etiam de ejusdem Virginis vitæ conditione, structoque ab illa monasterio cogari dubitare. In Officio suo Mimatensi dicitur illa monasterium virginum construxisse, additis eidem duabus ecclesiis, quarum una Deiparæ Virginis, altera S. Petro fuerit dicata. De uno solum monasterio unaque ecclesia mentionem facit Mabilonius ex Vita, quam legerat; alii, qui duplex illud fuisse dicunt, de altero virorum, puellarum altero interpretantur, omnesque illud in agro Mimatensi ad fluvium Tarnem situm fuisse, consentiunt, ubi scilicet hodieque superest virorum prioratus, S. Enimiæ nomine insignitus, et jam a medio sæculo x Calmeiæ abbatia subjectus, de quo plura inferius. In laudato Vitæ Ms. apographo S. Hilari, dicitur etiam hic Sanctus fidei ardore fervens monasterium prope flumen Tarne miro opere ac sumtuoso labore construxisse, in quo copiosam Fratrum multitudinem collocavit.

30 His rursus consonat Mimatense Officium S. Ileri his verbis: Fervens ardore fidei (S. Ilerus) monasterio prope flumen Tarni miro opere construendo plurimum invigilavit. Utrunvis horum antistitum S. Enimiæ convixisse malueris, fortassis de eodem monasterio ibi sermo est, de quo in Actis S. Enimiæ; maxime si hoc duplex fuerit, virorum scilicet ac virginum; quorum istud alterutri præsul ob collatam in eo condendo eidem sanctæ Virginis operam, atque in eodem administrando curam specialiter potuit adscribi. Favet certe locus, in quo S. Enimia suum, suumque S. Hilarus et Ilerus condidisse dicuntur; nec inter Mimatensis diæcesis abbatias ullum Hilari Ilerivæ monasterii vestigium in Gallia Christiana Dionysii Sammarthani reperio; sed solum inter nunc destructas abbatias Prioratum virorum, qui olim S. Enimiæ monasterium fuisse creditur; quod ipsum etiam nequeo satis certo argumento confirmare.

31 Vetustiores S. Enimiæ, ejusque monasterii, locive, in quo illius corpus quiescit, mentionem non inveni, quam medio sæculo x in charta Stephani, Mimatensis episcopi, ex Mabilonio inferius recudenda. Verum ex hac quoque dumtaxat novimus, fuisse tunc temporis in quadam diæcesis Mimatensis loco, jam antiquitus Burlatis dicto, locum fundatum in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ, ubi (verba Stephani sunt) requiescit corpus beatæ virginis Enimiæ; huncque locum tunc per incuriam et sæcularem cupiditatem male directum fuisse ac pene dirutum, et in quo, inopia exigente, religionis status. penitus annullatus videbatur; ac propterea a laudato Stephano episcopo donatum

Non satis  
etiam mihi  
constat de  
monasterio,

ab eadem  
Sancta con-  
dito.

Ex charta  
Stephani,  
Mimatensis  
episcopi,

\* i. e. annul-  
latus

A donatum esse Dalmatio, Calmeliacensi abbati, ut hic illum restauraret, et Fratres ibi regulariter viventes secundum normam patris Benedicti semper delegaret; idque tunc factum esse; ex quo tempore prioratus virorum nomine abbatiae Calmeliacensi hactenus parat.

ista nequeunt certe definiri;

52 Hinc discimus quidem, jam certe medio saeculo x Enimiam pro sancta virgine habitam cultamque fuisse, existisseque ibidem jam tum antiquitus sacrum locum seu monasterium, sanctissimae Dei Genitrici dicatum, in quo ejusdem sanctae virginis Enimiae corpus quiescebat; verum inde statui nequit, quae fuerit ista sancta virgo Enimia, quo genere nata, an ejusdem loci fundatrix et abbatissa, an ejusdem loci olim Religiosa incolata, an ob notam sanctitatem aliunde illuc advecta. Non magis inde novimus, fuerintne monasterium illud ex primæva sua fundatione, aut priusquam in prioratum Calmeliacensis abbatiae conversum fuit, virorum, an mulierum: neutrum enim in illa charta dicitur, quamvis verisimilius videri possit, virorum fuisse saeculo x, quando monachis Calmeliacensibus, non sacris virginibus, instaurandum incolendumque traditum fuit.

B Observandum etiam est, nullum in eadem charta verbum fieri de ecclesia S. Petro dicata, quam velut alteram monasterii, sive unici, sive gemini, a S. Enimia conditi, ejusdem Mimatense Officii proprium memorat; ex quo silentio collige, aut istam S. Petri ecclesiam, quodque aliqui aiunt, secundum monasterium, numquam existisse, aut medio saeculo x neutiquam amplius superfuisse.

sed dandum aliquid traditioni est.

55 Quid pluribus immoramur? Mihi ex hactenus allegatis non satis constat de hujus sanctae Virginis regio stemmate, saeculo, quo floruit, professione Religiosa, conditioque ab ea monasterio, seu uno, seu gemino. Veruntamen cum ea, quae adversus istae disputavimus, hujusmodi non sint, quae oppositum evincant; Actaque etiam non contemnenda suos quandoque insertos errores habeant, traditioni Mimatensium aliquid concedendum puto; nec ausim Enimiae regium Merovingicum stemma, nec structum monasterium gestamque in eo virginum praefecturam abjudicare. Quod ad saeculum vero spectat, quo ipsa floruisse credenda sit, malui sextum vel septimum (utrumque dubie) aut forte vii supra in margine adscribere, tum propter incertam fidem Lectionis Officii illius Mimatensis, in qua ipsa Clotarii Junioris filia dicitur, et Dagoberti soror; tum propter ea, quae de S. Hilario seu Hilario atque Ilero vel Hilero, forte uno eodem Mimatensi episcopo, disserui.

Altera Enimia mihi omnino ignota.

54 Mabilonius, qui, ut supra vidimus, S. Enimiam, non ob defectum cultus illius, sed vel quod illam suo Ordini vindicare non posset, vel quod ejusdem Vitae typis indignas judicaret, inter Praetermissos Saeculi ii Benedictini recensens, praeter ea, quae ex prima Vita ibidem narravit, nosque ex illo descripsimus, haec etiam addidit: Denique (subintellige eadem Vita refert) Enimiam post mortem ibidem fuisse sepultam una cum cognomine ac filiola sua, eodem die defuncta, cujus corpus Dagobertus, Enimiae germanus (scilicet Dagoberti II, Sigiberti Austriae regis filius) nominis errore deceptus, in Franciam pro Germanae corpore detulerit. Ad haec ego nihil annotandum habeo, nisi secundam illam Enimiam, ejusdemque corporis translationem mihi penitus ignotas esse.

Octobris Tomus III.

### § III. Charta, per quam Stephanus, Mimatensis episcopus, locum S. Enimiae restaurandum ac possidendum Calmeliacensi abbatiae tradidit.

Cum plura de hac sancta Virgine non sciamus, subjicio hic saepe laudatam Stephani saeculo x episcopi Mimatensis donationis chartam, quod est potissimum monumentum, ex quo de vetusto ejusdem Sanctae cultu constat. Exhibet illam Mabilonius ex chartario S. Theofredi, lib. vi De Re diplomatica, inter instrumenta num. cxxxvii, unde huc transcribo. In nomine Dei omnipotentis, qui trinus est in personis, et unus in essentia. Notum sit omnibus fidelibus Christianis, tam praesentibus, quam futuris, quod anno vii regni Ludovici regis ego Stephanus, ecclesiae Mimatensis episcopus, cum pro posse providerem clerum et plebem mihi subjectam, consentienti Petro archidiacono, ac Manfredo praeposito, Ingelvinio decano, ceterisque clericis supradictae sedis, necnon fidelibus laicis, Bernardo, et fratre suo Hectore, Hugone et Petro fratribus meis, Bernardo vicecomite, Cancelino, Fredelone, Stephano, Ubone, Bertrando, Rigaldo, incidit in corde meo desiderium, ut locum, fundatum in honorem beatae Genitricis Mariae, ubi requiescit corpus beatae virginis Enimiae, quod per incuriam et saecularem cupiditatem male directum erat, et inopia exigente, Religionis status inibi penitus annullatus videbatur, in pristinum restituere statum.

AUCTOR C. S.

Locum, in quo quiescit corpus S. Enimiae, Mimatensis episcopus

E

\* an qui?

\* an directus?

\* annullatus

56 Qua de causa dominum Dalmatium abbatem, venerabilem virum de cenobio S. Theofredi, deprecati sumus enixe, ut praefatum locum in suo dominio susciperet, et Fratres ibi regulariter viventes secundum normam patris Benedicti semper delegaret. Qui renuit, asserens, se in rebus extraneis nolle laborare, vel in alterius potestate. Nos autem animi ejus persectantes voluntatem, hoc ab eo responsum accepimus, quod, nec ipse, nec aliquis de monachis suis, in loco illo paene diruto laboraturi essent, nisi prius firmamentum hereditarium, scilicet privilegium, satis firmum ac manibus nostris roboratum, acciperet, qualiter locellus ille per omnes succedentes generationes in potestate et dominio seu subjectione permaneret cenobii S. Theofredi martyris; et omnes abbates ejusdem monasterii per cuncta succedentia tempora haberent in potestatem illam illam cellulam secundum suam voluntatem disponere, regere, gubernare et ordinare, sive secundum Deum, sive secundum saeculum, sine ullius contradictione.

restaurandum offert Dalmatio Calmeliacensi abbati;

F

\* abundat illam

57 Quod audientes, aliquandiu distulimus, haesitantes, de hoc quid ageremus; sed inito cum universo clero nostro consilio et fideli populo, cum consilio etiam et voluntate D. Reymundi marchionis, et omnium clericorum atque fidelium nostrorum, dedimus assensum secundum suam voluntatem in omnibus; ea scilicet ratione, ut quotidie, exceptis festivitibus,

qui ambo, certas conditiones pacti, Romam petunt,

AUCTORE  
C. S.

\* I. quo

ibique coram  
corpore Apo-  
stolorum  
Principis

ea de re char-  
tam confi-  
ciunt,

confirmante  
atque inter  
alios subscri-  
bente Agapito  
Papa,

non anno  
Christi 930,

pro nobis et successoribus nostris, et propin-  
quis, et omnibus benefactoribus et propin-  
quis, et adiutoribus nostrae sedis et loci, vii Psalmos,  
flexis genibus, decantent pro defunctis, vel,  
cum possibile fuerit, Vigiliam et Missam. Et quia  
tempus instabat, in qua \* causa orationis Ro-  
mam proficisci parabamus, dominus scilicet Ray-  
mundus, et ego Stephanus episcopus, simulque  
Petrus archidiaconus, Maganfredus praepositus,  
Ingelvinus decanus, cum aliquantis aliis cleri-  
cis; Dalmatius abbas hoc animadvertens, se  
quoque, dixit, nobiscum velle proficisci, et ante  
sacram praesentiam corporis beati Petri Apostoli  
auctoritate ac licentia Apostolica, loci ipsius in-  
choare aedificia.

58 Quod audientes, laudavimus studium  
animi illius, et industriam sollicitudinis erga  
ipsum locum. Et venientes ante praesentiam  
sacri corporis beati Petri Apostoli, et coram  
praesentia domini Papae Agapiti, necnon et epi-  
scoporum multorum, et presbyterorum, et reli-  
quorum graduum, et Alberici senatoris, et  
aliorum nobilium multitudine, patefecimus de-  
siderium nostrum de reedificatione supradicti  
loci, et in conspectu eorum recitavimus jam di-  
ctum privilegium; quod ut audierunt, tam dom-  
nus Papa Agapitus, quam ceteri fideles, qui  
aderant, laudaverunt et decreverunt, ut locus  
ille restauraretur in perpetuam habitationem  
monachorum.

59 Sed et hoc, quod supradictum est, nunc  
iterum inserere libet, secundum petitionem ve-  
nerabilis viri abbatis Dalmatii ac monachorum  
ejus, decretum est atque statutum ab omnibus,  
ut locus ille jam dictus antiquitus Burlatis, qui  
est consecratus in honorem beatae Dei Genitricis  
Mariae, ubi requiescit corpus beatae virginis Eni-  
miae, permaneat atque persistat in potestate ac  
providentia vel subiectione Calmiliensis cenobii,  
quod est fundatum et consecratum in honore  
Principis Apostolorum, beatissimi Petri, ubi  
beatus martyr Theofredus in corpore cum alio-  
rum Sanctorum pignoribus requiescit; et ha-  
beant, tam abbas, quam congregatio ipsius  
cenobii, praedictum locum in potestatem ad  
regendum et disponendum sine impedimento  
alicujus personae per omnes futuras hominum  
generationes jure perpetuo.

40 Hanc autem chartam vel privilegium in  
basilica beatissimi Petri ante sacram ipsius tum-  
bam, et coram supradicta caterva, cum saepe-  
dicto loco tradidimus in manu Dalmatii abbatis  
ac monachorum ejus, ad memoriam postero-  
rum fine tenus conservandam. Si quis vero hanc  
temerarius infringere praesumerit, tam nostra,  
quam coepiscoporum praesentium, excommu-  
nicatione atque perpetua damnatione se noverit  
condemnatum ante conspectum justis Judicis  
Christi. Signum domini Agapiti Papae, cujus au-  
toritate haec charta confirmata est. Signum  
ejusdem Stephani episcopi. Signum Goteschalchi  
episcopi Anciensis. Signum aliorum testium,  
clericorum et laicorum. Facta est haec charta in  
Nonas Maii, fer. ii, luna vii, regnante Ludovico  
Francorum et Aquitanorum rege. *Hactenus lau-  
datum donationis instrumentum apud Mabillonium,  
cujus ad illud observationes subjicio.*

41 Observatu (inquit) digna est haec charta,  
maxime, quia ei subscripsit Agapitus Papa II,  
qui anno dccccxvi sedit in annos decem. Data  
vero est haec charta anno dcccccl, quo anno

dies iii Nonas Maii incidebat in feriam secun-  
dam, currebatque annus xv Ludovici Transma-  
rini, cujus anno vii haec donatio facta est; ac  
proinde charta hac de re scripta post annos octo,  
ut suo loco de aliis similibus diximus, nempe  
in libri secundi capite xxviii, num. ix. *Haec  
ille, nunc paulisper expendenda. Annum datae  
chartae, Christi 930, regni Ludovici Trans-  
marini dicimus quintum collegit ex tempore  
Pontificatus Agapiti, adscriptisque die iii Nonas  
Maii et feria secunda. Etenim cum ex memoriae  
lapsu putaret, toto Agapiti II sedis tempore, ab  
anno scilicet 946 usque in 953, nullam feriam se-  
cundam in diem 3 Nonas Maii incidisse, nisi anno  
930, consequenter huic eam chartam illigavit.*

42 At levis hic error erudito viro obrepit: *sed 931.  
nam dies 3 Nonas Maii anno 930 non erat feria  
secunda, sed Dominica, ut patet ex ejusdem anni  
littera Dominicali F; sed eundem Maii diem  
anno 931 concurrisset cum feria secunda, docet  
pariter littera Dominicali E. Hoc quoque anno  
dieque (non anno praecedenti) currebat annus  
Ludovici quintus decimus, ducto regni illius  
exordio a die 20 mensis Junii anni 956, quo co-  
ronatus fuit. Itaque, si dies iii Nonas Maii cum  
feria secunda in laudato instrumento retinendus  
sit, istud anno 931 illigandum est; quod et ipse  
rectius fecit Mabillonius in Annalibus sui Ordinis  
ad eundem annum 931, num. 30. Nunc ad  
alteram Mabillonii observationem veniamus.*

43 Negari nequit, eandem Stephani Mima-  
tensis episcopi chartam, si nusquam mendosa sit,  
scriptam esse octo annis, postquam donatio loci  
S. Enimiae Dalmatio abbati ab illo in eadem fa-  
cta dicitur; tantumdem enim temporis inter an-  
num septimum Ludovici regis, annumque Christi  
931 effluxit. Nec inficiabor hic, aliquot donatio-  
num instrumenta primum scripta fuisse longe  
post factas donationes; at de hoc, quod modo exa-  
mino, peculiaris, nec levis, ratio dubitandi est.  
Sane tota illa Stephanus inter atque Dalmatium  
de loco S. Enimiae pactio in charta sic narratur  
cepta perfecta, dum tempus instabat, in quo  
causa orationis Romam proficisci illorum prior  
parabat, ut admodum difficile sit, octo annorum  
spatium inter initium ejusdem pactionis dictum-  
que Romanum iter admittere.

44 Nec tantum temporis inter primam dona-  
tionem, factamque de ea chartam Romae, interes-  
sisse, ex reliquis verisimile est. Offerenti loci  
donationem Stephano cum onere aedificia restau-  
randi acceptare renuit Dalmatius, nisi prius fir-  
mamentum hereditarium, scilicet privilegium  
satis firmum ac manibus... (ejusdem Stephani)  
roboratum acciperet etc. Postulanti post habi-  
tum cum suis consilium assensit Stephanus se-  
cundum suam (id est, Dalmatii) voluntatem in  
omnibus; ac proinde expetitum ab illo donationis  
conscriptum instrumentum, aut concessit, aut  
promisit. Jam vero si anno septimo Ludovici  
Transmarini id solum promiserit, neque ante  
annum ejusdem regis decimum quintum hujus rei  
chartam concesserit, nequit illa donationibus an-  
numerari, quarum chartae longe post primum  
conscriptae fuerunt: nam hac ratione non fuisset  
ante citatum annum 13 Ludovici facta donatio,  
quam Dalmatius nolebat sine ejusmodi instru-  
mento prius dato acceptare. Adhaec, si Stephanus  
jam inde ab anno 7 Ludovici istud promiserit,  
cur toto annorum octo spatio dare distulisse pu-  
tandus est?

D

E

F

Hanc dona-  
tionem octo  
annis ante  
dictum in-  
strumentum  
factam,  
F  
credidit Ma-  
billonius ex  
a scripto  
anno 7 Lu-  
dovici;



sed hunc annum mendosum esse,

A 45 Si autem Dalmatius jam inde a prædicto anno Ludovici septimo oblatam a Stephano donationem sine ullo conscripto instrumento admisit, cur hic pactam loci S. Enimie instaurationem octavo nonove anno post nondum inchoaverat? Nondum tunc inchoasse, liquet ex eadem charta, in qua is ipse legitur cum eodem Stephano episcopo id temporis Romam profectus esse, quia volebat ante sacram præsentiam corporis beati Petri Apostoli auctoritate ac licentia Apostolica loci ipsius (S. Enimie) inchoare ædificia. Nec vero Stephanus Dalmatii octo annorum sequitium moraque in pacta instauratione notavit, sed laudavit studium animi illius, et industriam sollicitudinis erga ipsum locum, ad cujus nempe instaurationem, ut dictum est, volebat Romæ per accipiendum ibidem instrumentum se obstringere.

ex eodem instrumento colligendum videtur.

46 His de causis verisimillimum mihi apparet, mendum esse in anno vii regni Ludovici regis, pro quo si substituatur annus xiv vel xv, quem prostremum aliæ notæ chronice in colce chartæ designant, objectæ difficultates evanescent, omniaque Stephani in eadem asserta naturali obvioque sensu cohærebunt hoc modo. Stephanus alterutro e dictis annis destructum fere S. Enimie locum Dalmatio obtulit, recusantique id oneris sine sæpe dicti instrumenti cautione admittere, cum certis conditionibus consensit. At quia tempus instabat, in qua \* causa orationis Romam proficisci Stephanus parabat, maluit Dalmatius sese illi itineris socium adungere, ut promissam donationis chartam, Apostolica Agapiti II auctoritate firmatam, Romæ ante Apostolorum Principis sacram tumbam acciperet. Propositum laudavit Stephanus, et cum eo Romam profectus, illam, subscribente laudato summo Pontifice, eidem concessit in Nonas Maii, feria secunda, ac proinde anno Christi, ut diximus, 951, ad quem propterea loci S. Enimie prima donatio referenda est.

\* imo quo

47 Ceterum prædictum S. Theofredi monasterium, cui præerat laudatus abbas Dalmatius, tom. II Gallie Christianæ auctæ col. 761 dicitur alias Calmeliacense, Gallice Saint Chaffre, et le Monastier Saint Chaffre appellari, esseque vetus atque insigne Benedictini Ordinis monasterium in diœcesi Aniciensi, ad Colansam fluvium, et radices montis Mesentii, tribus circiter leucis a civitate Anicio, seu Podio Velavorum, conditum. Hinc collige, cur eidem chartæ Gotescalchus Aniciensis episcopus, qui Romæ tunc forte aderat, subscriptus legatur; quia scilicet monasterium Calmeliacense, cui ea fiebat donatio, illius erat diœcesis. Is eo etiam libentius subscripserit, si ante aditum episcopatum abbas ejusdem monasterii Calmeliacensis fuerit, ut probabile putavit Dionysius Sammarthanus citati tom. Gallie Christianæ coll. 694 et 764. Ex eo autem donationis tempore locum S. Enimie etiam sæculo xvii mansisse in potestate Calmeliacensium, docet Mabillonius in Prætermisssos sæculi ii Benedictini pag. lx his verbis: Monasterium S. Enimie hodieque superest in Gabalis, non quidem abbatie titulo, sed prioratus conventualis Ordinis S. Benedicti: subjectum est abbatie S. Theofredi in Velaunis (Gallice: de saint Chaffre dans le Velai.) Observantia Regularis, cujus nullum vestigium in eo monasterio supererat seculo x, ibidem tunc restituta fuit, curante Stephano episcopo Mimatensi. Servantur hæcenus in eodem loco hujus Sanctæ reliquie, cujus festum in Albigensi et Gabalitano tractibus annuatim recolitur.

ACCITORE C. S. Notitia aliqua monasterii Calmeliacensis, cui S. Enimie prioratus

48 Idem hoc præsentis sæculo xviii asseruerunt Benedictini Occitanie scriptores tom. I anno 1730 Parisiensibus typis vulgato, in cujus pagina 332 sermone Gallico legitur: Monasterium S. Enimie hodieque superest in Gabalis, non quidem abbatie titulo, sed prioratus conventualis Ordinis S. Benedicti: subjectum est abbatie S. Theofredi in Velaunis (Gallice: de saint Chaffre dans le Velai.) Observantia Regularis, cujus nullum vestigium in eo monasterio supererat seculo x, ibidem tunc restituta fuit, curante Stephano episcopo Mimatensi. Servantur hæcenus in eodem loco hujus Sanctæ reliquie, cujus festum in Albigensi et Gabalitano tractibus annuatim recolitur.

E hæcenus subjectus manet.

## DE S. APOLLINARE ARCHIEPISC.

### BITURICENSI

#### IN GALLIA.

#### SYLLOGE.

#### De illius cultu, tempore sedis, et Elogio.

AN. DCXI. Hic Sanctus, parum notus, a Ghinio annuntiatur 23 Julii,

**H**ic sanctus Bituricæ civitatis, quæ Aquitanie primæ metropolis est, Archiepiscopus tam parum notus est martyrologis, ut dudum hæsitaverim, utrum inter eos, qui certi cultus titulo locum sibi in Opere nostro vendicant, an solum inter Prætermisssos, recensendus esset. Nam, ut vetustiores martyrologos prætermittam, apud quos (si unum forte excipias) altum de eo est silentium, frustra illum, tum apud alios recentiores, tum apud Andream Scussayum in Martyrologio Gallicano, tum (quod majoris ponderis est) etiam apud ipsum Castellannum, diligentissimum San-

ctorum Gallie indagatorem, in Martyrologio Universalis quæres. Ex recentioribus tamen denuo excipie Constantinum Ghinium, qui in Natalibus sanctorum Canonicorum Apollinarem hunc, nescio, quo festivitatis titulo, ad diem 25 Julii annuntiavit his verbis: S. Apollinaris, episcopi xxix Bituricensis ecclesie, qui sedit annos novem, et post laudabilem vitam quievit in pace circa annum dclx.

2 Viderunt hæc Majores mei, dum Sanctos mensis Julii dabant; at cum solus Ghinius illum eo die xxiii haberet, alibique legerent, ejusdem Apollinaris memoriam recoli pridie Nonas Octobris censuerunt, eundem ad hunc diem differendum

in Hagiologio Franco-Gallice 5 Octobris,